



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Qui primi qui nouißimi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

nam electionem statuunt esse ex fide prævisa: meritū
tamen non agnoscunt. Consulat lector scripta Vor-
stii, Greuinchouii, aliorum. Ex præiudiciis actionibus
dari etiam multi veterum censuerunt. Hierony. Rom.
8. & 9. & Galat. 1. & Epistol. ad Hedibian. Chryso-
stomus homil. 16. & in Epistol. ad Ephes. Theodor. in
Rom. 8. & 9. Theophylactus eodem loco. Anastasius
Nizenus lib. de questionibus Scripturæ, quæstio.
59. Imo innuit Augustinus libr. 1. ad Simplicianum
quæstio. 2. T. 4. Vbi de his longa est disputatio ad caput
9. Epistol. ad Rom. pertinens.

Verumtamen multis illis locis expresse asserit, electionem præcedere. ut lib. de corrupt. & grava, & Rom. 8. & 9. ostendi. Aliter tamen Prosper lib. 2. cap. ultimo de vocatione gentium. Fulgentius lib. 1. ad Monimum. Hugo in Epistol. Rom. Ex hoc igitur loco nihil vel in hanc, vel illam partem concludi potest. Nam opera & merita finem & executionem, adeoque decretum Dei, quod de executione factum est, non electionem ipsam respiciunt.

QVÆSTIO III.

Quis oculus malus?

§. 1. **O**culus malus, seu oculus nequam, qui ⁱⁿ *invidia* dicitur, recto, bono, simplici opponitur. Præcipue inuidiam, & liuorem designat, qui etiam in vultu tacentium, quodam nubilo se prodit. Oculus vero, vt Matthæi 6. Lucæ 11. animus est vitiosus & malignus, sicut oculus bonus, animus bonus, & liberalis. Ecclesiastici 31. Inuidia se appellatur. Merito autem oculorum nomine totus homo describitur. Nam ingenium oculorum formâ & colore deprehenditur. Oculi animorum indices sunt, etiam si latere velint. Ideo simulatores solent præcipue oculos erudire, vt sese animo accommodent. Vt enim oculus integram hominis effigiem reddat, ita quoque integri hominis est imago, nisi summo artificio fallat. In oculis luxuries, ira, inuidia, omnia vitia, virtutesque & affectus boni resident, in his animus habitare dicitur.

S. 2. Buluherger eos notari aſſerit : qui cum Petro clamant : ecce nos reliquimus omnia. Calumniam eſt in reſigioſos, qui non iugitant, multis, qui in mediis diuinitis & honoribus verſantur, maiora caritatis præmia decernenda, quam ſibi : & ſi illis inuidet, iam ſua perdidit, de alienis bonis dolendo. Petro autem Chriſtus nec inuidiam, nec aliud vitium obicit, ſed per benignè reſpondet, nec Apoſtolos nouiſſimos dicite eſſe, ſed potius ſeſſuros ſuper duodecim thronos, & iudicatuſ.

VERSVS 16.

*Sic erunt nouissimi primi, & primi
nouissimi, multi enim sunt vocati
pauci vero electi.*

QVÆSTIO I.

Qui primi, qui nouissimi?

§. 1. **H**ortatur Apostolos, ne ideo securi sint, quia primi vocati sint, ne cuius alius insulset. Fieri enim, vt primos multi ex posterioribus antecendant. At qui primi, qui nouissimi sint, magna est controuerſia. Chryſoſtomus primos esse Iudeos, qui initio vocati salutem persequuntur, & eos Chritianos, qui e

virtutis fastigio in vitorum barathrum inciderunt.
 Nouissimos enim hos factos, quod deterius est, nol
 esse, & grauiore damnatione plecti. Nouissimos eni
 tem qui facti sunt primicos esse, qui è vitiis emergunt,
 & ad virtutem eluctantur.

Barradins noſter etiam de Iudæis & gentibus in-
terpretatur ex Luc. 13. 27. cum diceret Chriſtus: *multi
ſunt vocati, & v. 24. Quia multi dico vobis quærent in-
trare, & non poterunt.*

Adiungit: Et ecce sunt nouissimi, qui erunt primi. & primi, qui erunt nouissimi.

Si igitur apud Lucam nouissimi sunt, qui regno exci-
dunt; igitur & apud Matthæum. Vñ cum hæc in-
terpretationi obsta- & videtur, quod primi etiam, &
intermedi denarium accipiunt: omnes igitur beati
sunt. Nec ob querelas primos Patres familias denario
priuat, sed, Tolle, inquit, quod tuum est. Volo
dare sicut & tibi. Respondens huius sententia
& flores, non omnia, quæ in parabola sunt, accommo-
danda esse, quod verum est: hic tamen locum illi
exceptio non potest habere. Non enim emblema est
denarii solatio, sed ad ipsum corpus parabola perti-
net; de denario pacti sunt, aliis præmissum id quod
iustum est, id non est ornatus, sed significatioem cau-
sa positum. Totum autem in eo versatur parabola
mysterium, quod & qui hora undecima, & nona, &
sexta, & tertia venerunt, acceperint denarium, vñ
eundemque, & nouissimis primo perolurum fit, ita-
que, & ad mysterium pertinet, quod primi acce-
perint denarium. Non autem illi de damnatione,
sed paritate præmii queruntur. Itaque ad patrum sen-
tentia nolim recedere, qui comparationem, inter be-
torum præmia docent institui. Quod si primi acce-
pientes denarium, & murmurantes, non faciunt ad
parabolæ integritatem, nec accommodari eam pat-
tem ad aliquam significationem oportet, nec ergo
etiam pactum de denario significationem habet: cum
enim pactus est, si non dedit? si illa igitur, quæ cum
primis acta sunt, nihil significat, sed decortantur
gratia apponuntur, paratio etiam de aliis in dicen-
da erit. Ideoque tota parabola sine vlla significatione
fuerit. Tota enim eius vis & Oceanoque versaturum
comparatione temporis, quo laborarunt, & æqualitate
mercedum, conferunturque primi, & nouissimi.
Quæ collatio locum non habet, si primis damnatio,
nouissimis beatitudo obuenit.

Primi igitur dicendi sunt, qui prima etate vel tem-
pore vocati Deo fuerunt, magnosq; pertuleret la-
bores, quos tamen alii postea vocati, & exiguos spacio
in vinea Domini laborantes meritis adaequarunt, qui
bus eadem proinde merces persoluitur.

§. 2. Bullingerus primos vocat, qui suis meritis fi-
dunt. Nouissimos, qui de meritis nihil presumunt.
Et Musculus. Docent enim illi in primis impietatem
esse cum iactantia, eos exprobrare DEO sua me-
rita.

Respondeo. Ad improbam eos sententiam bonorum operum & meritorum odio petrahi. Adeo vero insaniunt, vt causam suam aduersus Petrum, Christum agere insituant. Petrum aut factus fuisse meritum, & ambitiosè quidem. Quod si meriti esset, relinquendus omnibus exstimator, Catholicorum iugitum in sententia erat, qui merita agnouit, in eo tamen peccabat, quod ea ambitiose laudare. Imò Caluanianis credimus, in Christum erat inmeritis, in iudicis & hypocritis; nam tales esse contendunt, merita bonorum operum esse concedunt. Hoc enim crimen in Petro non leuius esse potuit, quam in nobis, si crimen fuisse. At nec Christus esse accusat hypocriticos, & inquantia, nec nos crimen fingere oportet.

Mat. vii. Christus premium pollicetur. Ambitioni a-
tem & errori de meritis debet resistere, non firmare
mercedis pollicitatione hæret. Debebat enim dicere,
Omnibus relinquendis nihil meriti estis, sed pec-
catum sua natura mortale a vobis commissum est, pec-
catum nullo premio remunerandum, sed milles milles
inferno digni. Verum longe alia mens filii Dei, vt ba-
tiste æternæ habentis. Nam proposito brauij ad certa-
men discipulos hortabatur. Absurdissima igitur est in-
terpretatio, Primi, hoc est, hypocritæ, qui ipse Chris-
togenita suis confidunt meritis, vt Petrus & Apostoli,
denarium noui simit. Hoc est, Eternum damnabuntur. Et
nouissimi, hoc est, qui non confidunt suis meritis, sed
de electione locæ, crucisimili sunt, erunt primi, hoc est,
Primi in celestij gloriæ dignitatis. Itaq; primi qui toto
die laborant, hypocritæ fuerunt, iuxta adu. rarios,
denarium patet est Pater familias, sed labores rogo
perimant, iou. denarius, quem dedit, inferi fuerunt, &
siliadeo stolidi, vt plus peterent. Neque obstat textus
apud Lucam. Eadem enim conclusiones ac sententiæ
ex diuersis diuidentibus, & ad varia probanda adhi-
bentur, vt alias ostendi.

QVÆSTIO II.

Quomodo multi vocati, pauci electi?

§. I. **C**um nouissimorum & primorum commu-
tationem prædixisset, concludit generali
sententia. Multos vocatos, paucos electos. Ne
quis miretur quod dixerat. Primos fore nouissimos,
& e contra fore nempe, ut illis qui longissimo tem-
pore in Ecclesia laborarint, æquantur alii, quorum
exiguo tempore floruit industria: subicit sententi-
am sane terribilem, modo primos vocatos cedere sape
posteriori, verum etiam ipsos vocatos, post longos in vi-
na laborare pudari & præmio excidere. Non modo
non excollunt, sed omnino pereunt aliquando, ut in
Luctu, in Origene, Tertulliano, alisque exampla
nos edocent. Argumentum est igitur à minore. Si-
nemini id in Eccllesia, quod minus conueniens, ma-
gis absurdum esse videtur; ut nempe retro acti la-
pores in tritum cadant, nec vlla præmia sed æter-
na damnatio fatigatos accipiat, quia defuit perse-
cutio, quæ est tantum electorum: mirum videri non
debet, inter ipsos vocatos non esse ex tempore voca-
tione, etiam operum merita, & mercedis disparita-
tem; quid enim noui illis contingere dicemus si opi-
nionem minorem mercedem accipiant, cum multi ex-
ciderint pauci saluentur. Itaque priores non modo se-
quentibus se opponere non debent, sed etiam vereri,
ne cum posteriori sint electi, ipsi sint reprobi. Atque hæc
dicuntur, non quod non etiam nouissimorum ali-
qui exciderint, nam hoc par esticulum omnibus;
quæcumq; hora vocatis, sed quia magna admiratio, &
conturbatio otii solet, cum manifeste deficiunt illi,
quorum diu in Ecclesia spectatus labor & vita proba-
torum.

§. 2. Calvinius cum negasset, priore sententia qua
dicuntur, Primi fore nouissimi, & nouissimi fore pri-
mi, confiteri Iudæos sentibus, aut reprobos electis;
minime quadrare, asseuerat, quæ à quibusdam interserui-
sententia; multi vocati, pauci electi.

Quare sententiam iam ostendi, & quid negat,
Christi auctoritati derogat. Additur etiam particula
cavalis, ut appareat alicuius esse dicti probationem.
Imo etiam Caluini expositio admittere sententiam il-
lam potest. Ille hoc Christum voluisse existimare: Eum
qui prior vocatus est, alacrius currere oportere: al os
ad comnumem palmam admittere libenter. Apostoles

vero; quia Ecclesie primitiæ fuerūt, eximii sibi aliquid
sumere, eos moneri eriam. Alius, qui postea vocandi
sunt, eiusdem gloriæ fore. Quia Deus nemini obstru-
ctus sit, sed vocare quoscung; vult, & vocatis præmiū
quale visum est, rependere. Summa igitur est: Inter
eos qui prius aut posteriori vocati sunt, præmiū non
esse maius, aut ex tempore diuersitate. Imo crebro
vō. atos ex integro deficere.

VERSUS 17.18.19.

Et ascendens Iesus Ierosolimam assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolimam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & condemnabunt eum morte, Et tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum & tertia die resurget.

QVÆSTIO I.

Cur passionem prædicit?

S. 1. **A** Scendit Ierolimam ad agnum pascha-
lem immolandum, & ut ipse verus agnus,
pro mundo cadat victima. In Graecis additur *ἐν ὁδῷ*
in viâ, quod etiam Syrus habet; vetus interpres non
legit. Iam passionem tertio prædicit, ut minus tur-
bentur, nam vident fieri, quod prædictum fuit. Se-
creto autem id facit, turbæ nondum id constare vo-
luit *וְיִסְתַּר מֵעַמּוּל בַּיָּמִינִי הַיְּמִינִי הַיְּמִינִי* *bauihi valhuni, inter se & ipsos*, habet
Syrus. Discipulos autem præcipue animari & imitatio-
ne tanti certaminis oportuit, ne animo deicerentur,
& spem omnem præclaram Domini morte existima-
rent: deinde labores & crucis contumeliam, non au-
tem quietem & mundi dignitates sibi proponerent.
Cognoscerent etiam Dominum sponte, non coacte in
mortem toties prædictam ire, ut se etiam resurrex-
ionis spe egerent, postquam primam prædictionem e-
uenisse vidissent. Ita Chrysostomus, Theophylactus
ceteri. Voluit & nobis identidem in memoriam re-
ducere, quâ in te nostra salus consisteret, quo nos precio
redemerit.

VERSUS 20.

*Tunc accessit ad eum mater filiorum
Zebedai cum filiis suis, adorans &
petens aliquid ab eo.*

QVÆSTIO I.

Quid Salome petit?

§. 1. **M**ARCUS cap. 16. 35. Filios ipsos accessisse di- Per mār-
cit: Nam ab ipsis initium petitionis erat, trem pe-
matrem illi subornant, hac filiorum ambitioni ma- tunt.
ternis notis subleuit, *Αἰσχρολογία*, inquit Chryso-
στομ. *αἰσχρολογία τοῦ πατρὸς*, pudore scilicet ambitionū matrem
producenti. Audierant de ledib. duodecim, inter eas sub
primas